0097-0105- SS Evaristus - Epistola supra quod Christus sit Caput et Sponsus Ecclesiae

O93, f. 8rb; N442, f. 25va; V630, f. 26ra; I83, f. 51 ra; VD38, f. 46vb; SG670, p. 76; Bcan4, f. 49r

CUIUS[1] SUPRA QUOD CHRISTUS SIT CA<I83, f. 51rb>PUT ET SPONSUS ECCLESIAE ET SACERDOTES, QUI EIUS VICE LEGATIONE FUNGUNTUR, SIMILITER SINT ECCLESIIS SUIS, ET QUALITER SACERDOTES <Bcan4, f. 49v> SUAS ECCLESIAS ET ECCLESIAE EORUM EOS DEBEANT DILIGERE.[2] <N442, f. 25vb; VD38, f. 47ra>

Evaristus[3] urbis Romae episcopus omnibus per Aegyptum domino conglutinatis[4] fratribus in domino salutem.
Unum[5] nos, fratres, sentire oportet et agere, ut, sicut legimus, in nobis unum cor et una[6] anima esse probetur. Scimus namque, sicut[7] et[8] a[9] patribus accepimus, Christum esse[10] caput, cuius et membra sumus. Ipse enim est[11] sponsus, et[12] ecclesia sponsa, cuius filii nos[13] sumus. Et ideo unum patrem habemus deum in caelis.
Sacerdotes[14] vero vice Christi legatione funguntur[15] in ecclesia. Et sicut ei sua est coniuncta sponsa, id est ecclesia, sic episcopis[16] iunguntur ecclesiae, unicuique pro portione sua[17]. Et sicut <V630, f. 26rb> vir <SG670, p. 76b> non debet neglegere[18] uxorem suam, sed diligere et caste custodire[19], sic[20] [21] episcopus et[22] multotiens custodire et amare atque prudenter regere[23] debet ecclesiam suam[24]. Et[25] velut uxor, quae sub manu est viri, oboedire debet[26] viro suo eumque amare[27] et diligere, potius[28] etiam ecclesia[29] episcopo suo in omnibus oboedire eum<I83, f. 51va>que diligere[30] et amare ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritaliter. Et sicut <VD38, f. 47rb> vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam[31] suam, id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili[32] [33] necessitate aut[34] apostolica vel regulari mutatione, et alteri se[35] ambitus[36] causa coniungat. Ut[37] uxor viro suo reconciliet, et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut[38] alteri se vivente eo matrimonio societ aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta apostolum aut viro suo debet[39] reconciliari aut manere innupta, ita ecclesia[40] non licet dimittere aut[41] [42] ab eo[43] se[44] segregare[45] <SG670, p. 77a> episcopum suum, ut alterum vivente eo accipiat, sed aut ipsum habeat aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum suo vivente accipiat, ut fornicationis aut adulterii[46] crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri[47] episcopo iunxerit aut super se alterum episcopum adduxerit aut esse fecerit vel desideraverit, per acerrimam[48] poenitentiam aut suo reconcilietur episcopo aut innupta permaneat. Unde[49] et dominus in evangelio loquitur <I83, f. 51vb> dicens: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum[50], iam moechatus est eam in corde suo. Episcopum[51] vero oportet opportune[52] <VD38, f. 47va> et importune[53] [54] [55] atque sine intermissione ecclesiam suam docere eamque prudenter regere et amare, ut a vitiis se abstineat et salutem consequi possit aeternam. Et illa cum tanta[56] reverentia eius doctrinam debet suscipere eumque amare et diligere ut legatum[57] dei et praeconem veritatis, quia testante[58] veritate: Quaecumque[59] ligaverit[60] super terram, erit ligatum <SG670, p. 77b> et <N442, f. 26ra> in caelo, et quaecumque[61] solverit[62] super terram, erit solutum et in caelis. Nimis[63] timenda est, fratres, <O93, f. 8va> haec sententia, et praevidendum vobis, ne[64] offendatis eos, qui tantam a domino habent potestatem. Et ideo potius oboediendi[65], diligendi et summopere sunt venerandi, non detrahendi[66] vel lacerandi aut eiciendi, sed portandi[67] et amandi ipso dicente domino: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Ideo haec[68] vobis et omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis et poste<I83, f. 52ra>ris vestris <V630, f. 26va> non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam iniuria episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur.
Audivimus[69] enim quosdam a vobis infamatos et dilaceratos[70] episcopos a civitatibus propriis[71] pulsos, quia[72] alibi[73] episcopi constitui non possunt nisi in civitatibus non minimis, et alios in eis ipsis viventibus constitutos. <VD38, f. 47vb> Ideo haec vobis scribimus, ut sciatis hoc <Bcan4, f. 50r> fieri non licere, sed proprios revocari et integerrime[74] <SG670, p. 78a> restitui debere, illos vero, qui adulterina feditate[75] suas sponsas, quas et uxores eorum praefixo tenore[76] esse[77] intellegimus, tenent, eici et[78] adulteros atque infames fieri eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri[79] iubemus. Si autem adversus eos[80] aliquam[81] querelam[82] habueritis, his peractis inquirendum erit et auctoritate huius sanctae sedis terminandum[83]. Et[84], ne omnia nunc singillatim[85] [86] dicam[87], omne[88] bonum, si ipsa per se in vobis fuerit caritas, facere vos docebit, sicut econtrario eos, qui a salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. <I83, f. 52rb> Unde et vos, qui veri dei estis discipuli, abicite a cordibus vestris ante omnia discordias et animorum dissensiones[89], ex quibus omne opus malum procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Verumtamen scitote cuncti, quod[90] supra omnes vos laboret[91] episcopus[92], quia unusquisque[93] vestrum suum proprium[94] fert[95] laborem, ille vero[96] <SG670, p. 78b> et[97] suum et[98] singulorum. Et ideo, sicut ille pro vobis omnibus, ita et vos omnes pro[99] eo summopere laborare debetis in tantum, ut, si etiam necesse fuerit, animas[100] vestras pro eo ponatis, sicut et[101] ipse animam suam pro vobis, <VD38, f. 48ra> si necesse fuerit, ponere debet[102] ipso dicente salvatore: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Vos vero[103] oboedite eis et vigilate pro eis, quia[104] ipsi pervigilant[105], quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et[106] non gementes.
Non[107] est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus[108] vel accusandus episcopus, licet sit[109] inordinatus[110] [111], quia pro meritis subditorum dis<I83, f. 52va>ponitur a deo vita rectorum[112], exemplo David peccanti[113] ad[114] comparationem principum[115], qui ex me<N442, f. 26rb>rito plebis praevaricantur. Sacerdotes enim exquirere

debent peccata populorum, et sagaci[116] sollicitudine unumquemque probare[117] iuxta[118] testimonium domini ad Hieremiam dicentis: Probatorem, inquit, dedi[119] te populo meo <SG670, p. 79a> robustum, ut scias et probabis viam[120] [121] eorum. Ideo ista[122] dico, quia insidiator[123] bona[124] saepissime solet convertere in malum <V630, f. 26vb> et in electis ponit maculam. Unde[125], si qui[126] sunt vituperatores[127] aut accusatores episcoporum vel reliquorum[128] sacerdotum, non oportet[129] eos a iudicibus ecclesiae audiri, antequam eorum discutiatur[130] aestimationis suspicio vel opinio[131], qua[132] intentione, <VD38, f. 48rb> qua fide, qua temeritate[133], qua[134] vita, qua conscientia quove[135] merito, si pro deo aut pro vana gloria aut inimicitia vel odio aut cupiditate ista sumpserint[136] necne[137]. Haec omnia fideliter sunt perscrutanda et diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui praepositos suos perverse repraehendunt, si vel parum ipsi[138] molesti[139] exstiterint. <I83, f. 52vb> Idcirco recto oculo primates ecclesiarum[140] utiliter praevidendum[141] [142] est, debent, ne quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur[143] intendentes sententiae[144] domini, quae[145] ait: Si quis scan<SG670, p. 79b>dalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris, et reliqua.
Deus[146] omnipotens, ut nos a praecipitante[147] sententiae prolatione[148] compesceret[149] [150], cum omnia <O93, f. 8va> nuda et aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomae noluit audita iudicare, priusquam manifeste agnosceret, quae dicebantur, unde ipse[151] ait: Descendam[152] et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere[153] compleverint, an non est ita, ut sciam. Deus omnipotens, cui nil[154] <Bcan4, f. 50v> absconditum est, sed omnia ei[155] manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud haec et alia multa, quae hic prolixitatem[156] vitantes non inseruimus, per se <VD38, f. 48va> inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne praecipites[157] in discutiendis et iudicandis negotiis essemus, et ne mala quorumquam[158] [159] prius quisquam[160] [161] praesumat[162] credere quam <I83, f. 53ra> probare[163]. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam umquam <SG670, p. 80a> praecipites simus, aut temere[164] indiligenterque indiscussa[165] quaeque quomodo[166] [167] iudicemus dicente veritatis voce: Nolite iudicare, ut[168] non iudicemini, in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini, et reliqua. Nam mala audita nullum moveant[169], nec[170] passim dicta absque certa[171] probatione quisquam[172] umquam credat, sed ante audita diligenter inquirat nec[173] praecipitando[174] quiddam[175] [176] aliquis agat. Si enim dominus omnium[177] Sodomorum mala[178], quorum clamor ad caelum usque pervenerat, omnia sciens prius[179] credere nec iudicare voluit[180] quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans[181], quae audierat et[182] opere veraciter cognosceret, multo magis nos, humani et peccatores homines, quibus incognita[183] sunt occulta iudicia dei, haec praecavere et nullum[184] ante veram iustamque[185] probationem iudicare aut dam<V630, f. 27ra>nare debemus manifeste apostolo <I83, f. 53rb> dicente Paulo, qui ait: Tu[186], quis es, qui iudicas alienum servum? Suo enim <SG670, p. 80b> domino stabit aut <VD38, f. 48vb> cadit[187]. Unde et[188] per[189] prophetam David dominus loquitur dicens: Nolite exaltare in excelsum[190] cornu vestrum loquentes in cervice veteri, quia neque ab oriente neque ab occidente neque a[191] solitudine[192] montium, sed deus iudex hunc humiliabit et hunc exaltabit[193], quia calix in manu domini ex[194] vino merato[195] [196] ad plenum[197] mixtus[198] et propinabit[199] ex eo, verumtamen feces[200] eius potabunt bibentes[201] omnes impii terrae. Ego autem annuntiabo in sempiternum[202], psallam deo Iacob. Et alibi idem ait[203] propheta: Ab increpatione tua, deus[204], consopitus[205] est[206] et currus et equus[207]. Tu terribilis es, et quis stabit adversum te? Ex[208] tunc ira tua, de caelo auditum[209] fecisti iudicium, terra timens[210] et tacebit, cum surrexit[211] ad iudicandum deus, ut salvos faciat[212] omnes mites[213] [214] terrae. Et apostolus ait: Mihi[215] vindictam, ego retribuam. Et alibi idem[216] inquit apostolus: Sufficit unicuique <SG670, p. 81> obiurgatio[217], quae fit a plurimis, ita ut magis donetis et consolemini, ne forte abundantior[218] <I83, f. 53va> de[219] tristitia absorbeatur, qui[220] in angustia est. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illo caritatem. Et dominus in evangelio ait: Diliges[221] dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus viribus <VD38, f. 49ra> tuis et proximum tuum sicut teipsum. Dilectio enim proximi malum non operatur. Propter quod iuxta[222] apostolum inexcusabilis es homo[223] omnis, qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas eadem enim[224] agens[225], quae iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium[226] dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas[227] [228] autem[229] hoc, o homo omnis, qui iudicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis? Ignorans[230], quoniam benignitas dei ad poeni<N442, f. 26vb>tentiam te adducit, secundum duritiam[231] autem tuam et impoenitens cor <SG670, p. 81b> thesaurizas[232] tibi iram in die irae[233] et revelationis[234] iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius: his quidem[235] secundum patientiam[236] boni[237] operis gloriam et <I83, f. 53vb> hono<Bcan4, f. 51r>rem et incorruptionem quaerentibus vitam aeternam, his autem, qui ex contentione et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia <O93, f. 9ra> in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci, gloria autem et honor et pax omni operanti bonum. Et alibi idem apostolus ait: Causati[238] enim sumus omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est <V630, f. 27rb> iustus quisquam[239], non[240] est intellegens, non est requirens deum, omnes de<VD38, f. 49rb>clinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum[241] sub labiis eorum, quorum os maledictione et amaritudine plenum est, veloces pedes <SG670, p. 82a> eorum ad effundendum sanguinem, contritio et infelicitas in viis eorum[242], et[243] viam pacis non cognoverunt, non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem[244] [245], quoniam, quaecumque lex loquitur his, qui in lege sunt, <I83, f. 54ra> loquitur, ut omne os obstruatur[246] et subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro[247] coram illo, per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei

manifestata[248] est, testificata[249] a lege et prophetis[250]. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi super omnes, qui credunt. Non enim[251] est distinctio. Omnes enim peccaverunt et egent gloria[252] dei, iustificati gratis per gratiam[253] ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae[254], propter remissionem praecedentium delictorum[255], in sustentatione[256] dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus et iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Item idem: Quis accusabit adversus[257] electos dei? Deus, qui iustificat. Quis[258] est, qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, <VD38, f. 49va> <SG670, p. 82b> immo qui et resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit[259] a caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum <I83, f. 54rb> est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati[260] sumus[261] ut ovis[262] occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque <N442, f. 27ra> virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia[263] poterit nos separare a caritate dei, quae est[264] in Christo Iesu domino nostro. Debemus autem nos, ut idem[265] ait apostolus, firmiores[266] imbecillitates[267] infirmorum sustinere et non nobis placere, unusquisque[268] vestrum proximo suo placeat in bono ad aedificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.
Benedictus[269] deus et pater domini nostri Iesu Christi, pater <SG670, p. 83a> misericordiarum et deus totius consolationis, qui consolatur nos[270] in omni[271] tribulatione[272] nostra, <V630, f. 27va> ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura[273] sunt, per exhortationem[274], qua ex<I83, f. 54va>hortamur[275] ipsi[276] a deo, quoniam, sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat[277] consolatio nostra[278], sive[279] autem tribulamur <VD38, f. 49vb> pro vestra exhortatione[280] et salute[281], sive exhortamur pro vestra exhortatione, qua[282] operatur[283] in tolerantiam[284] earundem passionum[285], quas et nos patimur, et spes nostra firma est pro vobis scientes, quoniam, sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis. Fidelis autem deus, qui non patietur vos temptari super id, quod potestis, sed faciat[286] cum[287] [288] temptatione etiam proventum[289], <Bcan4, f. 51v> ut possitis sustinere.
Propter quod, carissimi, sectamini semper[290] caritatem et aemulamini[291] meliora <SG670, p. 82b> et spiritalia, et adiuvate vos invicem, ut deo semper in omnibus placere valeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

Data Kal. Nov. Gallo et Bradua vv. cc[292]. conss.
EXPLICIT[293].

O93, f. 9ra; N442, f. 27ra; V630, f. 27va, I83, f. 54va; VD38, f. 49vb; SG670, p. 83b; Bcan4, f. 51v

1 *Überschrift*] EPISTOLA EVARISTI (EVARISTI *korr. aus* EVRARISTI *SG670*) PAPAE NE EPISCOPI DE ALIIS AD ALIA LOCA TRANSMIGRENT (*korr. aus* TRANSMIGENT *SG670*) VEL ABSQUE (ABSQUE *korr. aus* ASQUE *SG670*) AUCTORITATE APOSTOLICA DEGRADENTUR SIVE DEPELLANTUR *SG670*
2 DILIGERE] DILIGERE DECRETA EVARISTI *V630*
3 *am Rande* IIII *Bcan4*
4 *am Rande* coniunctis *VD38*
5 *am Rande*Ut sacerdos propriam ecclesiam non relinquat *VD38*
6 una anima] anima una *SG670*
7 sicut et a patribus accepimus, Christum] dominum iesum christum sicut et a patribus accepimus *SG670*
8 et *fehlt V630*
9 a *fehlt VD38*
10 esse caput cuius et membra sumus *fehlt SG670*
11 est *fehlt I83; Bcan4*
12 et *fehlt VD38*
13 nos sumus] sumus nos *I83*
14 *am Rande* Ut sacerdos propriam ecclesiam non relinquat *N442; O93 (*Ut sacerd[os propriam ecc]lesiam non relinqu[at])
15 *am Rande* impleant *VD38*
16 episcopi *SG670*
17 suae *VD38*
18 neglegere *korr. aus* neglege *N442*
19 custodire] custodire et amare *VD38; SG670*
20 sic episcopus et multotiens custodire *fehlt Bcan4*
21 sic episcopus et multotiens custodire et amare atque prudenter regere] ita et sacerdos *I83;* ita et episcopus *korr. aus* ita episcopus *SG670*
22 et multotiens] diligere et caste *VD38*

23 regere] regere ita et sacerdos *I83; Bcan4*
24 suam *fehlt V630;* suam] suam episcopus diligere et caste custodire et amare atque prudenter regere *Bcan4*
25 *am Rande* Item de eadem re evaristus in secunda epistola ita ait *VD38*
26 debet *fehlt V630*
27 diligere et amare] amare et diligere *SG670*
28 potius etiam *korr. aus* potius *N442*
29 ęcclesiam *Bcan4*
30 diligere et amare] amare et diligere *Bcan4*
31 ecclesia *O93*
32 *am Rande* quam vitare non posit *VD38*
33 inevitabili *korr. aus* invitabili *I83*
34 ab *I83; Bcan4*
35 se ambitus causa] se *korr. aus* se habitum *SG670*
36 *am Rande* cupiditatis *VD38*
37 Ut uxor viro suo reconciliet *fehlt VD38, dort aber als Rubrik am Rande* Ut uxor viro suo reconcilietur; *am Rande* Vivente suo episcopo altero episcopo non debere *I83;* Ut uxor viro suo reconciliet *fehlt SG670*
38 aut *I83*
39 debet reconciliari] reconciliari debet *V630*
40 ecclesię *VD38; SG670*
41 ut *Bcan4*
42 aut a se segregare episcopum suum] episcopum suum aut ab eo se segregare *VD38*
43 eo] *fehlt N442;* ea *SG670*
44 se] *fehlt V630; SG670; Bcan4*
45 segregare *korr. aus* segrere *O93*
46 adulterii] altero *O93*; adulterii sui *V630*
47 alteri *korr. aus* altero *V630;* altero *I83; Bcan4*
48 *am Rande* gravissimam *VD38*
49 *am Rande* Quod episcopus sine intermissione praedicare et docere debeat *VD38*
50 concupiscentiam *I83; SG670; Bcan4;* concupiscendum] concupiscendum eam *VD38*
51 *am Rande* V *Bcan4*
52 *am Rande* necessario cum libenter audit *VD38*
53 *am Rande* quando populus non audit libenter *VD38*
54 inoportune *VD38*
55 importune atque sine intermissione *korr. aus* importune *SG670*
56 tota *V630*
57 *am Rande* missum *VD38*
58 attestante *SG670*
59 Quodcumque *I83; VD38; SG670; Bcan4*
60 ligaveris *O93;* alligaverit *V630*
61 quodcumque *I83; VD38; SG670; Bcan4*
62 solveris *Bcan4*
63 *am Rande* VI *Bcan4*
64 *am Rande* nec peccetis *VD38*
65 obodiendi *SG670*
66 detrahendi *korr. aus* detrahen *O93*
67 portandi et *fehlt SG670*
68 haec vobis et] et vobis *SG670*
69 *am Rande* VII *Bcan4*
70 delaceratos *Bcan4*
71 propriis pulsos] propulsos *SG670*
72 qui *VD38*
73 aliubi *I83;* alibi *korr. aus* aliubi *Bcan4*
74 *am Rande* plenissime *VD38*
75 *am Rande* turpitudine *VD38*
76 *am Rande* ordine *VD38*
77 ee *O93*
78 ut *SG670*
79 *am Rande* prohiberi *VD38*
80 *interlinear* eiectos *SG670*
81 aliquem *Bcan4*

82 *am Rande* aclamatione *VD38*
83 *am Rande* usque hic *VD38*
84 *am Rande* VIII *Bcan4*
85 *am Rande* separatim distincte *VD38*
86 singulatim *SG670*
87 dicamus *SG670*
88 *am Rande* Quod caritas omne bonum odium docet omne malum *VD38*
89 discensiones *I83;* dissensiones *korr. aus* disscensiones *Bcan4*
90 quia *SG670*
91 laborat *korr. aus* laboret *SG670*
92 episcopus] episcopus et *korr. aus* episcopus *SG670*
93 unusquisque vestrum suum *korr. aus* unusquisque *Bcan4*
94 proprium *korr. aus* proprium suum *Bcan4*
95 *am Rande* sustinet *VD38*
96 vero et *korr. aus* vero *O93*
97 et *fehlt V630*
98 et *fehlt Bcan4*
99 pro eo *fehlt V630*
100 animas vestras pro eo ponatis, sicut et ipse animam suam pro vobis, si necesse fuerit *fehlt SG670*
101 et *fehlt VD38*
102 debet] debeat animam suam *SG670*
103 ergo *VD38*
104 qui *I83*
105 pervigilant] pro vobis vigilant *V630*
106 et *fehlt SG670*
107 *am Rande* Quod non est accusandus a vulgo *I83; Vor* Non *Rubrik* Quod episcopus non est accusandus a vulgo VIIII *Bcan4*
108 *am Rande* repraehendendus *VD38*
109 sit *korr. aus* is *SG670*
110 *am Rande* domino positus *VD38*
111 inordinatus *korr. aus* inordinatis *Bcan4*
112 doctorum *SG670*
113 peccantis *I83; VD38; SG670; Bcan4*
114 *interlinear* et *SG670*
115 principium *VD38*
116 *am Rande* prudenti *VD38*
117 probare *fehlt VD38*
118 iusta *Bcan4*
119 dedi *korr. aus* dedit *Bcan4*
120 *am Rande* actionem eorum sationem *VD38*
121 vias *I83*
122 ista *korr. aus* iusta *Bcan4*
123 insidiator] insidiator se *korr. aus* insidiator *SG670*
124 bona *fehlt I83; VD38; SG670; Bcan4*
125 *am Rande* De accusatoribus episcoporum vel reliquorum sacerdotum *N442; am Rande* De accusatoribus inquirendis *I83; am Rande* De causatoribus episcoporum sive sacerdotum *VD38; Vor* Unde *Rubrik* De accusatoribus inquirendum X *Bcan4*
126 qui sunt]quis *I83*
127 vituperatores *korr. aus* vituperatos *VD38*
128 relicorum *I83*
129 optet *VD38*
130 discutiatur *korr. aus* discutiantur *O93*
131 opinio] opinio id est *korr. aus* opinio *SG670*
132 qua *korr. aus* quia *V630*
133 *am Rande* praesumptione *VD38*
134 qua vita *fehlt SG670*
135 quave *korr. aus* quae *O93*
136 praesumpserint *korr. aus* sumpserint *SG670*
137 *am Rande* aut non *VD38*
138 illis *SG670*

139 *am Rande* contrarii *VD38*
140 ecclesiaesiarum *I83*
141 praevidendum est] praevidere debent *N442;* praevideant *I83*
142 praevidendum est debent] praevideant *SG670; Bcan4*
143 scandalizet *V630*
144 sententię *korr. aus* scientię *SG670*
145 qui *VD38*
146 *am Rande* XI *Bcan4*
147 pręcipitantis *SG670*
148 *am Rande* pronunciatione *VD38*
149 *am Rande* proibere *VD38*
150 compesceret *korr. aus* compesceret et *SG670*
151 ipse *korr. aus* ips *SG670*
152 Descendam *korr. aus* Discendam *Bcan4*
153 opere *fehlt SG670*
154 nihil *V630; I83; VD38; SG670; Bcan4*
155 ei *fehlt VD38*
156 *am Rande* longitudinem *VD38*
157 *am Rande* citati *VD38*
158 *am Rande* aliquorum *VD38*
159 quorundam *V630;* quoquam *VD38*
160 quis *VD38*
161 quisquam praesumat] praesumamus *SG670*
162 *am Rande* praeoccupet *VD38*
163 brobare *O93*
164 *am Rande* sine ratione praesumptione *VD38*
165 *am Rande* non inquisita *VD38*
166 *am Rande* aliquo modo
167 quomodo] quoquo modo *VD38; SG670*
168 ut *korr. aus* et *V630*
169 *am Rande* perturbent *VD38*
170 *am Rande* leviter *VD38*
171 certa *korr. aus* certe *O93*
172 quis *VD38*
173 ne *O93; I83; VD38; SG670; Bcan4;* nec *korr. aus* ne *V630*
174 *am Rande* repente et cum furoere agendo citius iudicando
175 *interlinear* aliquit *VD38*
176 quidem *Bcan4*
177 omnium] omnium cum *SG670*
178 mala quorum *fehlt SG670*
179 prius] prius nec *SG670*
180 noluit *O93; N442; VD38*
181 *am Rande* inquirens *VD38*
182 et *fehlt SG670*
183 incognita *korr. aus* cognita *V630*
184 nullam *N442*
185 iustaque *korr. aus* iustitiaque *O93*
186 Tu *korr. aus* Tu e *I83*
187 cadet *V630; I83; VD38; SG670; Bcan4*
188 et per *korr. aus* et *N442*
189 per prophetam David dominus] propheta David *SG670*
190 excelsu *I83; Bcan4*
191 *am Rande* a desero *VD38*
192 solitudinem *VD38*
193 exaltabitur *O93*
194 et *Bcan4*
195 *interlinear* purgato *VD38*
196 meraco *SG670*
197 plenum *korr. aus* plenus *Bcan4*
198 mixtum *I83; SG670; Bcan4*

199 *am Rande* potum dabit *VD38*
200 faeces *korr. aus* faces *V630;* fes *Bcan4*
201 viventes *I83; VD38; Bcan4*
202 saeculum *I83*
203 ait propheta] propheta ait *VD38*
204 deus] deus iacob *I83; VD38; SG670*
205 *am Rande* compresssus et somno gravatus *VD38*
206 est *korr. aus* es *V630*
207 aequus *O93; N442; I83*
208 Ex tunc ira tua *fehlt V630*
209 autum *O93;* autem *V630*
210 tumens *V630*
211 surrexerit *V630; VD38; SG670; Bcan4*
212 faciet *V630; VD38;* faceret *I83; Bcan4*
213 *am Rande* mansuetos *VD38*
214 mitens *I83*
215 *am Rande* subauditur relinquitur *VD38*
216 idem inquit] inquit idem *V630*
217 *am Rande* increpatio *VD38*
218 abundatior de] habundantiori *V630;* habundantiore *I83;* abundantiori *VD38; SG670;* abundantiore *Bcan4*
219 de *fehlt VD38*
220 qui *korr. aus* quia *V630*
221 Dilige *SG670*
222 iuxta *korr. aus* iusta *O93*
223 homo] o homo *V630; VD38; SG670*
224 enim *fehlt V630*
225 agis *SG670; Bcan4*
226 *am Rande* condempnatio *VD38*
227 *am Rande* putas *VD38*
228 Existimantes *I83*
229 autem hoc *korr. aus* autem *O93*
230 Ignorans *korr. aus* Ignoras *VD38;* Ignoras *Bcan4*
231 duritiam autem] autem duritiam *V630; Bcan4*
232 thesaurizans *I83*
233 *am Rande* vindicte *VD38*
234 revelationis *korr. aus* revelationes *Bcan4*
235 quidem secundum] quidem qui secundum *korr. aus* qui secundum quidem *V630;* quidem qui *VD38;* quidem qui secundum *SG670*
236 poenitentiam, *interlinear* vel patientiam *V630*
237 *am Rande* subaudiendum est vivunt *VD38*
238 *am Rande* manifestavimus *VD38*
239 quicquam *VD38;* quicquam, *interlinear* s *SG670*
240 non est *korr. aus* non *V630*
241 aspidum *fehlt V630*
242 eorum] eorum et *V630*
243 et viam pacis non cognoverunt *fehlt SG670*
244 autem *fehlt SG670*
245 autem quoniam *korr. aus* autem *O93*
246 *am Rande* claudatur *VD38*
247 *am Rande* homo *VD38*
248 manifesta *Bcan4*
249 *am Rande* a propheta confirmata *VD38*
250 propetis *SG670*
251 enim *fehlt Bcan4*
252 gloriam *V630; I83*
253 gratia *VD38*
254 suae propter remissionem praecedentium delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionem iustitiae *fehlt I83*
255 *am Rande* peccatorum *VD38*
256 sustentationem *V630*
257 adversos *Bcan4*

258 Quis *korr. aus* Qus *O93*
259 separavit *I83*
260 aestimati *korr. aus* aestimatus *V630*
261 sumus *korr. aus* su *V630*
262 oves *V630; I83; VD38; SG670; Bcan4*
263 aliqua *SG670*
264 est *fehlt VD38*
265 idem ait *korr. aus* idem *V630*
266 firmiores] firmiores et *I83; Bcan4*
267 *am Rande* debilitores *VD38*
268 unusquisque vestrum *korr. aus* unusquisque *VD38*
269 Benedictus *korr. aus* Benictus *SG670*
270 nos *fehlt Bcan4*
271 omne *I83*
272 consolatione *V630*
273 *am Rande* afflictiones *VD38*
274 *interlinear* consolationem *VD38*
275 *am Rande* consolamur *VD38*
276 ipsi a *korr. aus* ipsi *V630*
277 abundat consolatio nostra] abundant consolationes *I83; SG670; Bcan4*
278 nostra *korr. aus* vestra *VD38*
279 sive *korr. aus* si *N442*
280 exhortationem *I83*
281 salutem *I83*
282 quae *korr. aus* qua *V630;* que *VD38; SG670*
283 operantur *Bcan4*
284 tolerantia *VD38; SG670*
285 passionem *V630; Bcan4*
286 faciet *korr. aus* faciat *V630;* faciet *N442; I83; SG670; Bcan4*
287 cum *korr. aus* cor *O93*
288 cum temptatione *korr. aus* contemptatione *V630*
289 *am Rande* exitum sive adiutorium *VD38*
290 semper caritatem *korr. aus* caritatem semper *SG670*
291 *am Rande* sequimini *VD38*
292 cc] claris *SG670*
293 EXPLICIT *fehlt V630; SG670*